¶ Bonus cuius generis. Masculini. quia est prima vox adiectiui. nam vbi in adiectiuis. pronominibus et participijs sunt tres voces. prima est masculina vt bonus. secunda femininа vt bona. et tertia neutra vt bonum.

¶ Vbi sunt due. prior est cōmunis generis vt hic. et hec vestras. et vltior neutri vt hoc vestrate.

¶ Vbi sola vna. ea est omnis generis vt hicet hec. et hoc amans.

¶ Cupressus cuius generis. Feminini. quia fere omnia nomina arborum sunt feminini generis.

¶ Pietas cuius generis. Feminini. quia talia nomina in tas finita feminini sunt generis.

¶ Lectio cuius generis. Feminini. quia omnia nomina verbalia in io sunt feminini generis.

¶ Diligentia cuius generis. Feminini. quia talia nomina in ntia feminini sunt generis.

¶ Templum cuius generis. Neutri. quia omnia nomina in um. si nō sint propria. et in u vt cornu sunt neutri generis.

¶ A cuius generis. Neutri. quia nomina litterarum et syllabarum sunt neutri generis. Sic igitur dici potest. A est longum. Ab est breue ꝛc.

¶ Mula cuius generis. Feminini. quia in ea genere vsurpatur apud auctores. Vbi est exemplū. Apud Virgilium in tertia egloca. Pollio amat nostram. quamuis sit rustica. mulam. Quomodo

cognoscit̃ illic. ꝙ sit feminini generis. Suis adiectiuis nostrã. et rustica. nam ea feminini sunt generis quia sunt medie voces adiectiuoꝝ.

¶ Quote declinationis est. Prime. quia nulla alia declinatio habet accusatiuũ in am. Quomodo cognoscit̃ esse accusatiui casus. Quia construitur post verbũ amat. Quanta est prior sillaba. mu. longa. an breuis. Longa. vt scansio carminis ostẽdit. Quo modo scanditur. Hoc modo. Pollia matnos. tramquam. uissit. rustica. musam.

¶ Prima syllaba cuiuslibet pedis est longa. vbi sũt tantum due syllabe. vlterior est etiam longa. vt matnos. nisi sit in vltimo loco totius qualiscunqꝫ carminis. vbi eius quantitas cerni nõ potest. nam illic ponatnr syllaba vel longa. vel breuis. nihil refert. Vbi tres sunt syllabe. due vlteriores sũt breues vt rustica. Sic respondendũ est ad alia saltem cũ desit preceptio. Plus de carmine videatis inferius. in pagina .xlix. Hec ꝛc̃.

¶ Pueri vero. vbi habent neqꝫ preceptionẽ. neqꝫ exemplum. sic respondeant. Masculini. quia declinatur cum hic. Feminini. quia declinatur cum hec. Neutri. quia declinatur cum hoc. Cõmunis. quia declinatur cum hic. et hec. Incerti. quia declinatur cum hic. vel hec. Omnis. quia declinatur cum hic. et hec. et hoc.

¶ Pater cuius numeri. Singularis. quia vnũ significat solum. Patres cuius numeri. Pluralis. quia multitudinẽ significat. vel sic. Singularis. quia

singulariter profertur. Pluralis. quia pluraliter profertur.

¶ Poeta quote declinationes. Prime. quia habet genitiuum in e. Secunde. quia habet genitiuum in i. Tertie. quia habet genitiuum in is. Quarte. quia habet genitiuū in us. Quinte. quia habet nominatiuum in es. et genitiuū ei.

¶ Bonus vir amat deū. Bonus que pars. nomen adiectiuum. quia plene per se non significat. Cuius casus. generis. et numeri. Nominatiui casus. masculini generis et singularis numeri. quia sic est suū substantiuum vir.

Ego que pars. Pronomen. Cuius generis. Omnis. nam cuilibet sexui commune est. Quote persone. Prime cū suis obliquis. Tu quote persone. Secunde cū suis obliquis. O domine quote persone. Secunde. quia oēs vocatiui casus sūt secunde persone. Dñs quote persone. Tertie. quia oia casualia sunt tertie persone. exceptis ego. et tu cū suis obliquis et vocandi casibus.

Amo iusticiā. Amo que pars. Verbum. Quale verbum. Actiuum. quia ab eo passiuum reperitur vbiq; personale. Quomodo declinatur. Amo amas amaui amatum. Quote coniugationis. Prime. quia habet secundam vocem in as. Cuius modi. Indicatiui. Cuius temporis. Presentis. Cuius numeri et quote persone. Singularis nume.

ri. et prime persone. quia sic est suus nominatiuus casus scilicet ego.

¶Ille amat. Amat cuius numeri.et quote perso/ne.Singularis numeri.et tertie persone.quia sic est suus noiatiuus casus ille.

¶O fratres amate.Amate cuius numeri.et quote persone. Pluralis numeri. et secunde persone.quia sic est suus vocatiuus casus fratres.

¶Oportet que pars. Verbum impersonale. Cuius littere.actiue.quia omnia verba in t finita.sunt ac/tiue littere.

¶Curritur que pars.Verbum impersonale passiue littere.nam oia verba in tur finita.sunt passiue lit tere.Quod est verbū impersonale.Quod sine discre tione numeri.et persone profertur.

¶Quomodo exponuntur verba impersonalia pas/siue littere . per sua personalia in numeris. et per/sonis . que rei maxime congruunt . vt in his ex/emplis . Quid agitur . id est quid agis . Respon/detur a parmenone .i. parmeno respondet. Sta/tur. id est ego sto.Curritur in campo. id est illi cur/runt.

AMans que pars. participiū. Cuius tempo/ris.p̄lentis temporis.quia oia participia in ans.vel in ens sūt p̄lentis temporis . Vnde formant.Ab amabā mutato bam in us.

¶Pater noster qui es in celis.Qui que pars.Prono men relatiuum . Cuius generis. numeri. et perso/

ne . ¶alculini generis . singularis numeri . et se/cunde persone. quia sic est suum antecedens pater. Cuius casus . nominatiui . quia est suppositum verbo es.

¶Suppositum quid est. Nominatiuus. vel vocati/uus casus.

¶Ipse est.quem diligunt dij.Quem cuius casus. Accusatiui.nam quando verbū sequens habet aliud suppositum.ponendū est relatiuum in eodem casu. quem verbum regit post se.

¶Quem queris.Quem que pars. Nomen interro/gatiuū.Cuius casus.Accusatiui.nam quando inter ponitur verbo sequenti aliud suppositū ponendum est nomen interrogatiuū in eodem casu quem post se verbum expetit.

¶Quencunqz osculatus fuero.ipse est.Quencunqz que pars.Nomen infinitū.Cuius casus.Accusatiui nam quando verbū sequens habet aliud suppositū. ponendum est nomen infinitū in eodem casu.quem verbum post se exigit.

¶Tu et vxor tua docti estis . qui vobis consulitis. Docti cuius casus.generis.et numeri. Nominatiui casus. malculini generis. et pluralis numeri. nam duo substantiua singularia possūt habere adiectiuū plurale.cū quibus substantiuis in casu.et cū eoꝝ dig nioni in genere concordet adiectiuū.

¶Estis cuius numeri . et quote persone . Pluralis numeri . et secunde persone . quia duo nominatiui casus singularis possunt habere verbum plurale.

quod cum nominatiuo digniore in persona concordare debet.

¶ Qui cui⁹ generis. numeri et persone. Masculini generis. pluralis numeri. et secunde persone. quia duo antecedentia singularia possūt habere relatiuū plurale. quod cū antecedente digniori in genere. et persona conuenire debet. Que sunt illa duo substantiua. nominatiui casus. et antecedentia. Tu. et vxor Vtrum eoꝝ est dignius. Tu. quia est masculini generis. et secunde persone.

¶ Quomodo potest tu esse solius masculini generis. cum superius dicitur ego. tu. sui. esse omnis generis. Nam in omnibus adiectiuis pronominibus. et participijs. vbi vna vox sola reperitur. ea est omnis generis. cum tamen masculinum solum significat sexum. masculini solius est generis. cum femininum. feminini. cum vtrunqꝫ. communis cum neutrum. neutri est generis. Hec duo vocabula vxor tua probant. ꝙ tu masculinum solum significet sexum. quia vxor nulli haberi potest. nisi soli masculo.

¶ De conceptione generū. et personaꝝ.

¶ Cum masculinum genus est dignius feminino. et neutro. ea concipere potest. vt fruct⁹. et fama querend sūt. Honor. et premium sunt optati. vel optata. i. res que optantur.

¶ Femininū genus potest concipere neutrum. quia est eo dignius. vt virtus. et aurum sūt amande. vel amanda. i. res digne. vt amentur.

¶Prima persona est dignior. q̄ secunda. et tertia. eas igit̄ concipere potest. vt ego. et tu currimus. vel tu. et ego currimus. Ego et ille currimus. vel ille. et ego currimus.

¶Secunda persona. cū sit dignior. concipiat tertiā vt tu. et ille vna curritis.

¶De formatione prime declinationis.

PRima declinatio habet nominatiuum. vocatiuum et ablatiuum. singularis similes in a. vt hic poeta. o poeta. ab hoc poeta. Ad genitiuum. et datiuū singularis. et ad nominatiuū et vocatiuū pluralis a mutatur in ae diphthongū. vbi nos tamen. quia impressores non habent e conglutinatum cū a solum e ponimus. vt poeta. huius poete huic poete. hi poete. o poete. Ad acculatiuum singularem a mutatur in am. vt poeta. hūc poetā. Ad genitiuū pluralem a productū sulcipit rum. vt ab hoc poeta. hoy poetay. Ad datiuū. et ablatiuū a mutat̄ in is. vt poeta. his poetis. ab his poetis. Ad acculatiuū a in as. vt poeta. hos poetas.

¶De discrepantibus. hoc est illis. que aliter reperiunt̄. q̄ precepto docet.

¶Hic Adam. huius ade. huic ade. reliqui casus sūt similes nominatiuo. Sic Abram. et his similia consuetudo christiana declinat.

¶Hic Eneas. hunc eneam. vel enean.

¶Hic Anchises. hunc anchisen. o anchise. ab hoc anchise. legimus etiam more greco o anchisa. ab hoc anchisa.

¶Hic priamides.hunc priamidem.vel priámiden. priamide.ab hoc priamidr.quidã dicãt hũc priamidã.o priamida.ab hoc priamida.Sic reliqua patronymica masculina declinantur.

¶Ad reliquos casus as.et es mutantur.vt diximus de a.vt Eneas. Anchises.huius enee.anchise. huic enee.anchise ⁊c̃.

¶Hoz.et haz troiugenaz.vel troiugenũ.Sic agricola.et reliqua a gigno.et colo deducta. vt hic.terrigena.hic.et hec celicola ⁊c̃.

¶His filiabus.sic in ablatiuo.nam datiui.et ablatiui plurales omniũ casualium sunt similes.vt ab his filiabus.Sic hec nata.liberta.equa.nulla.dea. habent abus pro is.vt his natabus.ab his natabus Consuetudo etiam ecclesie dicit pro animabus. pro famulabus.

¶Vetus consuetudo aliter etiam protulit genitiuũ huius prime declinationis.vt hec aula.huius aulai. hec familia.huius familias.vnde habemus hic paterfamilias.hec materfamilias.et reliqua his similia.que sic declinantur. huius patrisfamilias. huic patrifamilias ⁊c̃.

¶Omnia nomina prime declinationis sunt vel masculini generis.vel feminini.vel vtriusqz preter hoc palcha.huius palche.huic palche.hoc palcha.et cetera. Sic hoc manna.et hoc mamona. si declinantur.

¶De formatione secunde declinationis.

SEcunda declinatio habet nominatiuū singularem in er.ir.ur.um.us.Ad genitiuū er interdū sulcipit i. e correpto.vt hic puer.huius pueri.hic liber. huiꝰ liberi. interdū er mutat in ri.vt hic magister.huiꝰ magistri.hic liber.huiꝰ libri ir.et ur sulcipiūt i.penultimo correpto.vt hic vir.latur.huius viri. laturi. um.et us mutat in i. vt hoc templū. huius templi. hic dominus. huius dñi.ita quod genitiuus fit semp in i. Ad datiuū.et ablatiuum i mutat in o.vt huius dñi.huic dño.ab hoc domino. Ad acculatiuū i in um. vt dñi. hunc dñm. Vocatiuus delinentiū in r. vel in m. est similis nominatiuo.vt hic magister.o magister.hec Glycerium.o glyceriū.hic filius.et propria nomina in ius. vt Virgilius. habent vocatiuū in i remoto us. vt o fili. o Virgili. reliqua in us habent vocatiuū mutando us in e. vt hic dñs. o dñe. Nominatiuus pluralis.et vocatiuus.nisi in neutris. sunt similes genitiuo singulari.vt huius dñi.hi dñi. o dñi.Ad genitiuū i mutatur in o productū. et additur rum. vt huius domini.hoꝝ dominoꝝ. Ad datiuum.et ablatiuum i in is.vt huius domini.his dominis. ab his dominis. Ad acculatiuū i in os. vt huius domini. hos dominos.

¶Neutra vero nomina.qualiacunqꝫ sint.substantiua.vel adiectiua. habent in omnibus declinationibus tres casus similes. nominatiuum. acculatiuum.et vocatiuum.et in plurali numero finiuntur semper in a.vt hoc templum.hoc templum.o tem-

plum.hec templa.hec templa.o templa.nili sint gre ca.que sunt etiam in declinabilia.vt hec tempe.hoꝝ rum tempe ꝛc̄.

¶De discrepantibus.

¶Vlterius i in genitiuo.causa metri nōnunq̄ subꝫ trahit̄.vt hoc tuguriū.huius tuguri.hoc peculium. huius peculi.hic Terentius.huius Terenti pro tuꝫ gurij peculij.Terentij.

¶hic Euander.o euandre potius.q̄ o euander.sic hic Leander.Teucer.Thymber.fortasse quia anꝫ tiqui dicebant.hic Euandrus.Leandrus.Teucrus. Thymbrus.

¶hic Populus.o populus.sic hic Pelagus.hic agꝫ nus.hic chorus.forsitan quia olim fuerunt neutra. vt hic vulgus.et hoc vulgus.et ideo dicim⁹ o vulge et o vulgus.raro tamen legimus o populе.o pelage o agne.nec o chore.nisi o core sine h pro quodā raꝫ pido vento anglice a whyrlwynde.

¶hic Lucus.o lucus.hic fluuius.o fluuius.vel fluꝫ uie.hoꝝ fluuioꝝ.vel fluuiū.

¶hic deus.o deus.hi dij.hoꝝ deoꝝ.vel deū.his dijs. perraro hi dei.his deis reperiunt̄.

¶hic vir.huius viri.hoꝝ viroꝝ.vel virū.sic hic liꝫ ber.huius liberi.hic faber.huius fabri.sic multa noꝫ mina numismatū.mensure.ponderisue.et numeri vt hic nummus.hic denarius.hic modius.ntō pluꝫ ralis seni sene sena septeni.et reliqua talia.sic queꝫ dā neutra vt hoc elementū.hec arma.hoꝝ armoꝝ. vel armū. Sic de reliquis.

¶Hic Orpheus.huius Orphei. vel Orpheos. huic Orpheo.vel Orphi.hūc Orphea.vl Orpheū.o Orpheū.ab hoc Orpheo.Sic Aristeus.et reliqua his similia.in quibus e interdū conglutinat cū vocali sequente.interdū separat modo producte.modo correpte.vt hec carmina Virgilij demonstrant.

¶Certent et cygnis vlule.sic Tytirus Orpheus.
¶Pastor Aristeus fugiens peneia tempe.
¶Inferias Orphei mittit.lucumq; reuisit.
¶Luctus Aristei.vitreisq; sedilibus omnes.
¶Nec tātū Rhodope mirat.et Ismarus Orphea.
¶Orpheaq; in medio posuit.silualq; sequentes.

¶Scanlio hoy carminū talis est.

¶Certent.etcyg.nilulu.lelit.tytirus.Orpheus.
¶Pastora.riste.ulfugi.enlpe.neia.tempe.
¶Inferi.alor.pheimit.titlu.cumqzre.uisit.
¶Luctula.riste.iuitre.isqzle.dilibus.omnes.
¶Nectā.tūrhodo.pemi.raturet.ilmarus.Orphea.
¶Orphea.quinmedi.oposu.itsil.ualqzle.quentes.

¶Hec et his similia sunt carmina sex pedum.quoy quintus pes constat ex tribus syllabis . sextus semper ex duabus . reliqui quattuor pedes constant ex vtrilq;.vel ex duabus.vel ex tribus syllabis.vt scansio demonstrat.Prima syllaba cuiuslibet pedis ⁊c. vt supra in pagina .xl.

¶Hi duo.he due.hec duo.hoy duoy.hay duay.hoy duoy.his duobus.his duabus.his duobus.hos duos has duas.hec duo.o duo.o due.o duo.ab his duobus ab his duabus.ab his duobus.sic et ambo declinat.

legimus etiã duo in acculatiuo malculino. vt apud Tullium: Preter nos duo sic loquimur nemo. Virgilius etiam sic loquitur. Si duo preterea tales idea tulisset Terra viros.

¶Sunt quedam adiectiua tcium vocum que tertia etiam declinatione variantur. vt nominatiuo singularis sinceris. sincera. sincerũ. vel hic. et het sinceris. et hoc sincere. et sunt hec. sublimus. imbecillus. inermus. enermus. acclimus. declimus. proclimus. effrenus. ludicrus. semisomnus. biiugus. quadriiugus. magnanimus. exanimus. pusillanimus. et reliqua a iugo. et ab animo deducta.

¶De formatione tertie declinationis.

Tertia declinatio habet gtm̃ singularem in is correptum. vt huius patris. Datiuus fit in i. remoto s. vt huius patris. huic patri Ad actm̃ is mutatur in em. vt huius patris. hunc patrẽ. Vocatiuus est similis nominatiuo. vt hic pater. o pater. Ab ablatiuũ is mutatur in e. vt huius patris. ab hoc patre. vel in i. vt huius monilis. ab hoc monili. Ad ntm̃. actm̃. et vtm̃ pluralis is mutatur in es. vt huius patris. hi patres. hos patres. o patres. acculatiuus tamen eoꝝ (etiam omniũ quidã dicunt) que habent nominatiuũ in ns. vt hic fons. vel in rs. vt hec pars. et que habent nominatiuũ in is similem genitiuo. et genitiuũ pluralem in ium. vt hic ignis. huius ignis. hoꝝ ignium. fit potius in is. quam in es. vt hos fontis. vel fontes. has partis. vel partes. hos ignis. vl' ignes. hos. et has vtilis. vel

vtiles.hos.et has pedestris.vel pedestres.hos.et has tris.vel tres.Ad geniciuū is in ium.vt huius patris hoꝝ patrū.vel in ium.vt huius partis.haꝝ partiū. Ad datiuum.et ablatiuū s in bus. i corrpto.vt huius patris.his patribus.ab his patribus.Ad nominatiuū.acculatiuū.et vocatiuū pluralis neutroꝝ is mutatur in a. vt huius corporis . hec corpora. vel s in a. vt huius monilis.hec monilia.huiꝰ vtilis.hec vtilia.huiꝰ pedestris.hec pedestria.hec tria.quod caret singulari numero.

¶De discrepantibus.

¶ Ablatiuus singularis horum discrepantium . que sequuntur.fit semper in e.nisi vbi aliter ostendemus.

¶ Hoc dogma.his dogmatibus. vel dogmatis similes gtō singulari.sic hoc poema.schema.theorema.problema.et reliqua his similia.

¶ Hec Penelope.huiꝰ penelopes.huic penelope.hāc penelopen.o penelope . hac penelope . si multitudo fuerit necessaria.est similis mule . nisi quod e nulꝯ diphthongat. producit tamen. Sic hec Caliope. et noīa scientiaꝝ. vt hec grammatice.philice.mulice. que et aliter more nostro. vt hec grāmatica . huius grāmatice.sic de reliquis.

¶ Hoc gummi.sinapi.hic.et.hec.et hoc frugi.mancipi.ne mancipi.nihili. nauci. huiulmodi. huiulcemodi.ciulmodi. ciulcemodi indeclinabilia sunt. vt hoc gūmi.huiꝰ gūmi.huic gūmi.hoc gūmi.o gūmi ab hoc gummi.sic de reliquis.

¶Hec Sapho.huius saphos.vel saphus.huic sapho hanc saphon.o sapho.hac sapho.

¶Hec Dido. huius didonis.didos. vel didus. huic didoni.didoi.vel dido hanc didonem.didon.vel dido.o dido.hac didone. vel dido. plurali nō vtimur. sic Hec Caliplo.hec Calisto ¶c̄.

¶Hec Alecto. huius alactus. reliqui casus sunt similes nominatiuo.

¶Hic pan.hui⁹ panis vel panos.hūc pana hoc panū hos panas. Hic Peau. Titan.et his similia.

¶Hec Syren.hui⁹ syr nis.hác syrenem.vel syrena. sic quoqz hec syrena.huius syrene ¶c̄.

¶Hic Simoen. vel somois. huius simoentis, hunc simoenta.hos simoentas.sic hic Anien vl anio.hui⁹ anientis.qō et aliter. vt hic anien⁹.hui⁹ anieni ¶c̄.

¶Hic Delphin. hui⁹ delphinis. hūc delphina. hos delphinas.dicit et hic delphinus.hui⁹ ni ¶c̄.

¶Hic Demophoon.huius demophoontis.hunc demophoonta. hos demophoontas. Hic Iacoon. e his similia.

¶Hic Crater.hui⁹ crateris hūc cratorē.vel cratera hos crateres.vl crateras.sic etiam hec cratera.hui cratera.sic vtroqz modo decli. hic panter.et hic aer hic ether. nisi q hec duo habent e correptū in obliquis vt huius aeris.huius etheris.illa vero producta.vt huius panteris huic crateri.

¶Hic Calchas.hui⁹ calchantis.vel calchantos.hū calchantem.vel calchanta. o calchas. vel calchan hos calchantes.vel calchantas.Hic Adamas.Dia

mas.palas.Gigas.

¶ Hec Pallas.huiꝰ palladis.vel pallados.hãc palladẽ.vl pallada.o pallas.vl palla.has palladesvel palladas.sic hec Menas.hic.et hec archas.hec lãpas qꝫ et aliter vt hec lampada.huiꝰ lampade ꝛc.

¶ Hec Pelias.huiꝰ peliadis.vel dos.hanc paliadem vel paliada . sic reliqua patronymica in as. vt hec antonias.huiꝰ antoniadis.vel antoniados.

¶ Hic Achilles.huius achillis.vel achilli.o achilles vel achille. sic Drontes.

¶ Hic Chremes.huiꝰ chremis.vel chremetis.o chremes.vel chreme. Sic Laches.Ramnes.

¶ Duplex genitiuꝰ casus in is finitꝰ.duplices quoꝫ reliquos habet obliquos.vt huic chremi.vel chremeti. Sic de reliquis.

¶ Hic Moyses.huius moysi.huic moysi.hunc moysen.o moyses.ab hoc moyse.

¶ Hec Eneis.huius eneidis.vel eneidos.hanc eneidem.vel eneida. o eneis, vel enei. has eneides. vel eneidas.sic reliqua patronymyca in is.vt hec heroys hec priamis.

¶ Hec Amarillis.o amarilli.in reliquis casibus declinatur sicut eneis.

¶ Hec Methamorpholis.huius methamorpholios. vel leos.huic methamorpholi.hanc methamorpholim.o methamorpholis.hac methamorpholi.

¶ Hec Sitis.huiꝰ sitis.hanc sitim.hac siti.sic syrtis tussis.caribdis. et vis, quod caret plurali. hic maguderis.tigris.tiberis. vel tibris. araris. neapolis.

Tethys.huius tethyos.Ocris.capys.et cetera pro-pria in is. quoꝝ acculatiuus interdū reperit etiam in in. vt hunc Ocrim.vel ocrin. hunc Capym.vel capyn.acculatiuus hoꝝ pluralis fere semp reperitur in is.vt has syrtis.has tullis.

¶ Hec Febris.huius febris.hanc febrem.vel febrim hac febre.vel febri.sic hec turris.securis.puppis.ris-tis.peluis. hic torquis. hic et hec buris. multa istoꝝ habent acculatiuū pluralem. in es. et in is.vt has febres.vel febris.

¶ Hic et hec bos.huius bouis.hoꝝ et haꝝ boum.his bobus.

¶ Hoc melos. huiꝰ melos.vel meloi.huic melo.hoc melon.o melos.ab hoc melo.

¶ Hic Edipus.huiꝰ edipidis.hunc edipoda.vel den hos edipodas.dicitur et hic edipodes.huius edipode et hic edipus.huius edipi.

¶ Hec Amathus . huius amathuntis . hanc ama-thunta.

¶ Hic Jelus.huius ielu.huic ielu.hūc ielum. o ielu ab hoc ielu.

¶ Hic thorax.huiꝰ thoracis.hūc thoracem.vel tho-raca.hos thoraces.vel thoracas.

¶ De formatione quarte declinationis.

Quarta declinatio habet noiatiuū genitiuū et vocatiuū singularis.et noiatiuū.accula-tiuū.et vocatiuū pluralis in us.vt hic vilus huius vilus.o vilus.hi vilus.hos vilus.o vilus.Ad

datiuū s mutat in i u correpto.vt vilus.huic vilui. Ad acculatiuū us in um.vt vilus.hūc vilum.Ad ab latiuū s remouet.vt vilus.ab hoc vilu.Ad geniciuū pluralem s in um u correpto.vt vilu.hoꝝ viluum. Ad datiuū et ablatiuū us in ibus breuia. vt vilus. his vilibus.ab his vilibus.

¶Neutra sunt omnia in u finita. et in singulari numero nō variantur.vt hoc genu.huius genu ⁊c. Ad quoꝝ nominatiuū.acculatiuū.et vocatiuū plu ralis u corripitur. et recipit a. vt genu. hec genua. hec genua.o genua.Ad genitiuū u correptum suscipit um.vt genu.hoꝝ genuum.Ad datiuū et ablatiuū u mutatur in ibus breuia.vt genu.his genibus. ab his genibus.

¶De discrepantibus.

¶Vetus consuetudo huius quarte declinationis habebat genitiuū tam in uis diuisas syllabas.vt huꝰ senatuis.huius anuis.q̄ in us.vt huius senatus.huius auus.ab illo antiquo genitiuo in uis nos retinemus datiuū in ui.abiecto s.vt huic senatui. ab hoc nostro.genitiuo in us.interdū reperit datiuus in u. remoto s.vt huic metu.huic curru.

¶Hec decem nomina. et forsitan plura retinent u correptū ante bus in datiuo et ablatiuo pluralibus. Hic arcus lacus partus portus.hec acus quercus tribus artus. hec specus vel hoc specu et hoc veru. vt his arcubus.ab his arcubus.sic de reliquis.

¶Arboꝝ noia sūt quedā.vt hec laurus fagua quercus ficus myrtus cupressus. et nōnulla alia in tus.

vt hic ornatus. lenatus. tumultus.et plura alia.vt hic lacus.hec colus.porticus.domus.que sūt lecunde et quarte declinationū· vt huiꝰ lauri.vel laurus.lic de reliquis. Nonnulla tamen horꝝ. et his similiū in aliquot casibus alterā solam declinationē imitantur.vt hec.

¶Domus.huius domi.vel domus.huic domui.hāc domū. o domus.ab hac domo. he domus. hasꝝ domorꝝ.vl' domuū.his domibus.has domos.o domus ab his domibus.

¶De formatione quinte declinatiois.

Quinta declinatio habet ntīm.et vtīm singularis.et ntīm. actīm. et vtīm pluralis similes in es productū. vt hec res. o res. he res. has res.o res. Ad gtīm.et dtīm singularis s mutat' in i. vt hec res.huiꝰ rei.huic rei.Ad actīm es in em.vt res hanc rem.Ad abtīm s remouet'.vt res.hac re.Ad genitiuū pluralem s mutat' in rum.e producto.vt res. harꝝ rerū . Ad dtīm.et abtīm s in bus.e producto.vt res.his rebus. ab his rebus.

¶Vetus consuetudo aliter vsurpauit gtīm.vt huius diei.dīj.vel die.vt quibusdā placet.

¶De formandis gradibus comparationis supra in pagina .xi. satis dixim⁹.nisi q̄ hec clausula posita fuisset illic post felicissimus . Positiuus quotiens fit in er. accipit rimus ad superlatiuū. vt pulcher.pulcherrimꝰ. niger.nigerrimus.

¶De discrepantibus a recte formandi ratione graduum.

Bonus.melior.optimus.malus.peior.pessimus. paruus. minor. minimus. magnus. maior.maximus.dexter.dexterior.dextimꝰ. siniſter.siniſterior. siniſtimus. munificus. munificentior.munificentiſſimus. sic grandiloquus.et reliqua a facio.et loquor deducta.mutant us in entior entiſſimus.nam munificens.grandiloquens.et his similia non sunt in vsu . Maturus.maturior.maturiſſimus.vel maturrimus. sic vetus.veterior.veterrimus. quia antiqu dicebant matur . et veter. Agilis.agilior.agiſſimus . Facilis.facilior. facillimus.Gracilis.gracilior.graciſſimus.Humilis.humilior.humiſſimus. Similis.similior.simillimus. Intra.interior.intimus. Infra.inferior.infimus. Vltra.vlterior.vltimus . Post.posterior.postremus. Extra.exterior.extremus.vel extimus . Supra superior.suprꝫemus.vel summus.Citra.citerior.Ante. anterior.Subter.subterior.carent superlatiuis. Propria predictorum politiua sunt . Interus. inferus. vlterus.posterus.exterus.superus &c.que iam in vsu non sunt. nisi tria malculina multitudinis. hi superi.inferi.posteri . Nequam.nequior.nequiſſimus. Pridem. prior. primus . Diu. diutior. diutiſſimus. Ocior.ociſſimus ab ocys.quod non est in vsu. Deterior.deterrimus a deter.quo non vtimur.vnde habemus detero deteris deterui deterere to apeyre / or to be apeyred.Prope.propior.proximus.quod etiam politiue significat. vt proximus.proximior. et caret superlatiuo.Hec quoqꝫ carent superlatiuis.Obnix/

us.obnixior. Longinquus.longinquior. Rudis.rudior. Iuuenis.iunior. Adolescens.adolescentior. Senex.senior. quod solum est masculini generis. multum plus. quod in singulari est neutri generis. in plurali omnis. vt hi et he plures. et hec plura.

¶ A politiuis que habent vocalem ante is vel ante us. vt tenuis.idoneus.pius.arduus. rarissime fiunt comparatiua.et superlatiua.sed in eor loco sumuntur sua politiua. cum aduerbijs magis vel minus. maxime vel minime. vt magis tenuis maxime tenuis.sic de reliquis.

¶De formatione temporꝝ verborꝝ.

IN declinandis verbis quattuor sunt voces principaliores.a quibꝫ relique formant.vbi ergo aliqua earꝝ deest.desunt quoqꝫ omnes. que ab ea formari deberent.

¶Prima vox est prima persona singularis presentis temporis indicatiui modi. vt amo amor.doceo doceor.lego legor.audio audior.

¶Secunda vox est secunda persona presentis indicatiui.vt amas amaris.doces doceris.legis legeris audis audiris.

¶Tertia vox est prima plona ꝑteriti pfecti indicatiui.vt amaui.docui.legi.audiui.et audijt. in passiua littera tertia vox est participij preteriti temporis.vt amatus.doctus.lectus.auditus.

¶Quarta vox est supinū actiue littere. vt amatū. doctum. lectum. auditum.

¶De formatione presentis temporis indicatiui modi.

PResens tempus indicatiui modi habet ter/ tiam personā singularem a secunda s mu/ tato in t. vt amas amat. vel ris in tur. vt amaris amatur. Ad primam pluralem s mutatur in mus. vt amas amamus. vel ris in mur. vt ama/ ris amamur. Ad secundam s in tis. vt amas a/ matis. vel ris in mini. mi correpto. vt amaris a/ mamini. Ad tertiam s in nt. vt amas amant. vel ris in ntur. vt amaris amantur. preter tertiam personam in tercia. et quarta coniugatione. que fit a prima voce mutato o in unt. vt lego legunt. audio audiunt. vel or in untur. vt legor leguntur audior audiuntur. in tertia coniugatione etiam e mutatur in i ante tur. mur. mini. vt legeris. legitur legimur. legimini.

¶Preteritum imperfectum indicatiui formatur in prima coniugatione. et secunda. a secunda voce mu tato s in bam. vt amas amabam. doces docebam vel ris in bar. vt amaris amabar. doceris doce/ bar. in tertia. et quarta coniugatione fit a pri/ ma voce mutato o in ebam. vt lego legebam. au/ dio audiebam. vel or in ebar. vt legor legebar. au/ dior audiebar.

¶Bam ad reliquas personas sic variatur. bam. bas.bat.bamus.batis.bant.Bar.baris.vel bare.batur.bamur.bamini.bantur.

¶Preteritum perfectum indicatiui in actiua littera habet primam personam in i. vt Amaui. que est vt diximus. tertia vox in declinatione verbi. ab ea vero formantur relique persone eiusdem temporis. et preteritum plusq̄ perfectum eiusdem indicatiui. preteritum perfectum. et plusq̄ perfectum optatiui. Coniunctiui. et infinitiui. et futurum coniunctiui. que persone. et tempora in passiua littera formantur etiam a tertia voce. hoc est a participio preteriti emporis declinato cum verbo sum es fui. vt superius in verbo apertissime declinauimus.

¶Ergo ad actiue littere voces formandas. et passiue in reliquis temporibus redeam⁹.

¶Prima persona singularis preteriti pfecti indicatiui accipit ad secundā sti vt amaui amauisti.ad tertiam t vt amaui amauit.Ad primā pluralem recipit mus i correpto.vt amaui amauimus.

¶Ad secundam stis vt amaui amauistis.

¶Ad tertiam runt vel re i mutato in e productum. vt amaui amauerūt. vel amauere. ui. ue. vel u in hoc tempore. et ab eo formatis sepe subtrahitur.vt amauisti amasti amastis.amauerūt amarūt.amaueram amaram ⁊c̄. Audiuisti audisti audistis.audiuit audijt.audiuerunt audierūt.audiuere audiere audiueram audieram ⁊c̄.

¶Preteritū pluſq̄ perfectum indicatiui fit a tertia voce mutato i in e breue. et addito ram. vt amaui. amauerā. Ram.ras.rat.ramus.ratis.rant.

¶futurum indicatiui in prima. et secunda coniugatione fit a prima voce. mutato s in bo. vt amas. amabo. doces. docebo. vel ris in bor. vt amaris. amabor. doceris. docebor. in tertia. et quarta coniugatione fit prima voce. mutato o in am. vt lego. legam. audio. audiam. vel or in ar. vt legor. legar. audior. audiar. Bo.bis.bit.bimus.bitis.bunt. Bor.beris. vel bere.bitur.bimur.bimini.buntur. i et e correptis Am.es.et.emus.etis.ent. Ar.eris. vel ere.etur.emur emini.entur. e producto.

¶De formatione imperatiui.

¶Secunda persona singularis presentis imperatiui fit a secunda voce. in actiua littera abiecto s. vt amas ama. doces doce. audis audi. in tertia coniugatione i etiam mutaſ in e. vt legis lege. in passiua littera ris mutaſ in re. vt amaris amare. doceris docere. legeris legere. audiris audire.

¶Secunda pluralis in actiua littera fit a secunda voce. mutato s in te. vt amas amate. doces docete. legis legite. audis audite. in passiua littera est similis presentis indicatiui. vt amamini. docemini. legimini. audimini.

¶Secunda et tertia persona singularis futuri imperatiui fit a secunda voce mutato s in to. vt amas amato. doces doceto. legis legito. audis audito. vel ris in tor. vt amaris amator. doceris docetor. audi-

ris auditor. in tertia coniugatione e etiam mutat in i. vt legeris legitor.

¶ Secunda pluralis futuri fit a sua secunda singulari addito te. vt amato amatote. vel mutato tor in minor. vt amator amaminor.

¶ Tertia persona pluralis futuri imperatiui fit a tertia plurali presentis indicatiui. addito o. vt amãt amanto. vel tur mutat in tor. vt amantur amãtor de reliquis personis imperatiui superius in verbo latis diximus.

¶ De optatiuo modo.

¶ Presens tempus cũ preterito imperfecto optatiui est simile preterito imperfecto coniunctiui. vt in verbo posuimus exempla.

¶ Preteritũ perfectũ. cũ plusq̃ perfecto optatiui. et preteritum plusq̃ perfectum coniunctiui eadem habent voces.

¶ Futuri optatiui voces. et presentis cõiunctiui sunt similes. Nõnulli quoqz inter optatiuũ et cõiunctiuũ (preter in futuro) nihil ponunt discriminis. quod scripta etiam doctissimorũ multis in locis approbãt si volumus hec duo vulgaria wolde. et sholde esse signa optatiui. ea nanqz cũ vocibz presentis tempo ris. et preteriti perfecti cõiunctiui plata. sententiã sepius peruenustã. ac familiarẽ reddant.

¶ De formatione coniunctiui.

¶ Presens tempus cõiunctiui fit ex prima voce. mutato in prima coniugatione o in em. vt amo amem vel or in er. vt amor amer. in reliquis coniunctio

nibus o in am . vt doceo doceam . vel or in ar . vt doceor docear. Em. es. et. emus. etis. ent. Er. eris vel cre. etur. emur. emini. entur. Am. as. at. amus. atis. ant. Ar. aris. vel are. atur. amur. amini. antur.

¶ Preteritum imperfectum coniunctiui fit a secunda voce. mutato in actiua littera s in rem. vt amas amarem . doces docerem . audis audirem . etiam in tertia coniugatione i mutatur in e . vt legis legerem . in passiua littera ris in rer . vt amaris amarer . doceris docerer . legeris legerer . audiris audirer.

¶ Preteritū perfectum coniunctiui fit a tertia voce: mutando i in e correptum. et addito rim. vt amaui amauerim. Rim ris rit rimus ritis rint.

¶ Preteritū plusq̄ perfectū coniunctiui fit a tertia voce. additis l et sem. vt amaui amauissem. Sem ses set semus setis sent.

¶ futurū coniunctiui fit a tertia voce. mutato i in e correptū. et addito ro. vt amaui amauero. Ro ris. et reliqua vt in preterito.

¶ De formatione infinitiui.

¶ Presens tempus cū preterito imperfecto infinitiui fit a secunda voce . mutato in actiua littera s in re. vt amas amare. doces docere. audis audire. in tertia coniugatione i etiam in e. vt legis legere. in passiua littera fit abiecto s . vt amaris amari. doceris docerī. audiris audiri . in tertia cōiugatione fit abiecto ris. et e mutato i. vt legeris legi.

¶Preteritum perfectū cū plulq̄ perfecto infinitiui fit a tertia voce in actiua littera.additis l et le . vt amaui amauille . in paſſiua littera mutato us in um.et addito eſſe.vel fuiſſe.vt amatus amatū eſſe. vel fuiſſe.

¶futurum infinitiui in actiua littera fit a quarta voce.adiecto ire. vt amatū amatū ire. vel mutato um in urum.et addito eſſe.vt amatū amaturū eſſe in paſſiua littera.fit a tertia voce.mutato us in um et addito iri.vt amatus amatū iri.

¶De formatione gerundioꝝ ſupinoꝝ participaliū.et participioꝝ.

¶Gerundia formātur a preterito imperfecto indicatiui.mutato bam. vel bar in n . et additis di. do. dum.vt amabam.vel amabar. amandi.amando amandum.

¶Supinū in actiua littera eſt quarta vox in declinatione verbi.vt amatū.in paſſiua littera fit a tertia voce.mutato us in um.vt amatus amatū.

¶Participale.qō nōnulli vlterius ſupinū appelāt. fit a ſupino abiecto m. vt amatū amatu.vel a tertia voce.abiecto l.vt amatus amatu.

¶Participiū preſentis temporis fit a preterito imperfecto indicatiui. mutato bam. vel bar in ns. vt amabam amans.venerabar venerans.

¶Participiū preteriti temporis in verbis actiue littere fit a ſupino.mutato um in us.vt aratū aratus in verbis paſſiue littere eſt tertia vox declinandi verbi.vt amatus.

¶Participium futuri actiui fit in actiua littera a quarta voce. mutato um in urus. vt amatū amaturus. in passiua littera fit a tertia voce. mutato us in urus. vt veneratus veneraturus.

¶Participiū futuri passiui fit a preterito impfecto indicatiui. mutato bam. vel bar in n. et addito dus vt arabam arandus. amabar amandus.

¶De verbis anomalis. siue vt quidā volunt anormalis. hoc est de illis. que in aliquot vocibus a recte formandi ratione discrepant.

Sum. es. fui. esse. essendi. essendo. essendū. Sens. futurus.

¶Indicatiuo prelenti. Sum. es. est. sumus estis. sunt. Preterito impfecto. Eram. eras. erat. eramus. eratis. erant. Preterito perfecto. fui. quod nulꝯ discrepat. Nam preteritū pfectū. vbicūqz reperit. seruat formam. cū omnibus se formatis. Futuro. Ero. eris. erit. erimus. eritis. erunt.

¶Imperatiuo p̄lenti. Es tu. este vos. futuro. esto tu. esto ille. estote vos. sunto illi. Quidā dicunt. fac lis tu. fac lit ille. fac litis vos. fac lint illi.

¶Optatiuus modus in omnibus verbis fit ex coniunctiuo. vt diximus.

¶Coniunctiuo prelenti. Sim. lis. lit. limus. litis. lint. Preterito imperfecto. Essem. esses esset. essemus essetis. essent.

¶Infinitiuo prelenti. Esse. futuro. fore. vel futurum esse Gerundia. Essendi. essendo. essendū. Supino caret. Participiū prelentis. Ens. Participium

futuri actiui. futurus. Predicte voces excepte sunt ex diuersis verbis. vt fui. et futurus a fluo fuis fui fu/ tum. quod non est in vsu. et fore ab hoc defectiuo florem. fores ¶c.

¶Pollum. potes. potui. posse. potens.

¶Indicatiuo prelenti. Pollum. potes. potest. pos/ sumus. potestis. possunt. Preterito imperfecto. poteram. ras. rat. ramus. ratis. rant. futuro. Potero. ris. rit. rimus. ritis. runt. Imperatiuo caret.

¶Coniunctiuo prelenti. possim. sis ¶c. Preterito im perfecto. possem. posses ¶c.

¶Infinitiuo prelenti. posse. futuro caret.

¶Omnia nanq; compolita huius verbi sum es ca rent supinis. carent etiam gerundijs. quia non ha/ bent preteritum imperfectū indicatiui in bam. neq; in bar quedam tamen habent participia vt potens ablens. prelens. In reliquis vocibus sequuntur su/ um simplex Sum es. nisi q; raro habent impera/ tiuum. Compolita sunt vndecim. Pollum. Ablum. Delum. Dblum. Prolum. quod recipit d vbiq; in/ ter o et e. vt prodes. prodest ¶c. Adlum. vel assum. ades. adfui. Prelum. Inlum. Interlum. Sublum. superlum.

¶Edo. edis. edi. esum. to ete. non discrepat a tertia cōiugatione. nisi q; raro est in vsu. presertim in qui/ busdā vocibus pro quibus. mutuat ex verbo. Sum has voces. es. est. es. este. esto. estote. essem. esses. esset. essemus. essetis. essent. esse. to ete.

¶Volo.vis.volui. et eius compolita nolo. et malo a tertia coniugatione solum in his vocibus discrepant. Indicatiuo prelenti. Tu vis. ille vult. nos volumus. vos vultis. Imperatiuo caret. vbi quidam dicunt. Fac velis tu. fac velit ille. fac velitis vos. fac velint illi. Coniunctiuo prelenti. Velim. lis. lit. limus. litis. lint. Preterito imperfecto. Vellem. les. let. lemus. letis. lent. Infinitiuo prelenti Velle. Supino caret.

¶Nolo.nonuis.nolui lequitur tertiam coniugationem. his locis exceptis. Indicatiuo prelenti. Tu nonuis. ille nonuult. nos nolumus. vos nonuultis Imperatiuo prelenti. Noli tu. nolite vos. Futuro. nolito tu. nolitote vos. Coniunctiuo prelenti. Nolim. lis. lit. limus. litis. lint. Preterito imperfecto. nollem. Nolles ꝛc̄. Infinitiuo prelenti. Nolle. Supino caret.

¶Malo.mauis.malui a formatione tertie coniugationis in his locis discrepat. Indicatiuo prelenti. Tu mauis. ille mauult. nos malumus. vos maultis. Futuro indicatiui. et toto imperatiuo caret. Coniunctiuo prelenti. Malim. lis ꝛc̄. Preterito imperfecto. Mallem. les ꝛc̄. Infinitiuo prelenti. Malle. Supino caret.

¶Ffero.fers.tuli.latum. et eius compolita. Affero affers. attuli. allatum. Aufero. aufers. abstuli. ablatum. Confero. confers. contuli. collatum. Offero. offers. obtuli. oblatum. Refero. refers. retuli. relatum. Effero. effers. extuli. elatum.

Suffero.suffers.sustuli.sublatū. Differo.differs.dis
tuli.dilatū.et Defero.Prelero.Profero.Transfero
que suas prepositiones nulq̄ mutant.vt defers.de
tuli.delatū seruat.de vbiqz.hec oia sequunt̄ for:ma
tionē quarte coniugationis.nisi q̄ accipiunt i breue
ante mus in prima persona plurali presentis indi
catiui.vt nos ferimus.quanquā in litteratura discre
pant. nam sicut dicimus Audi.abiecto s a secunda
voce audis.ita in eodem loco dicimus fer.abiecto s
a secunda voce fers.sic de reliquis.

¶ Feror.ferris. latus. et oia supradicta composita.
quando sunt passiua formationem quoqz sequunt̄
quarte coniugationis.nisi in his locis.Indicatiuo
presenti.Nos ferimur.vos ferimini.sic de reliquis.
vt Nos afferimur.auferimur &c̄.

¶ Eo.is.iui.vel ij.itū. i correpto ante t. est quarte
coniugationis.cū suis compositis.in his tamen lo
cis discrepant.Preterito imperfecto indicatiui.Jbam.
ibas.ibat.ibamus.ibatis.ibant. Futuro indicatiui.
Jbo.ibis.ibit.ibimus.ibitis.ibūt.Gerundia Eundi
eundo.eundū.Participiū presentis.Jens.huiꝰ eūtis
Sic eius composita.Adeo.Abeo.Redeo.Exeo.Pro
deo.Circueo.Obeo.Preeo.Subeo.Transeo.Prete
reo.Intereo.Pereo.Dispereo.sic Queo.quis.quiui
vel quij.quitū. vt Quibam.quibas quibat.quiba
mus.quibatis.quibant. Quibo.quibus.quibit.qui
bimus.quibitis.quibūt.Queundi.queundo.queun
dum.Quiens.huius queuntis. Sic eius compositū
nequeo et oia mutant eo in i productū ante b.vt ne

quibā. nequibo. et correptū ante t. vt nequitū. Discrepant etiam in prima voce. quia oia verba quarte coniugationis habent primā personā presentis indicatiui in io. vel in ior. preter hec predicta. et veneo. venis. veniui. vel venij. venum. to be solde. qō conponit a venum. quod significat venditio. et eo is. et sic habet preteritū imperfectū. et futurū indicatiui. vt venibam. venibo. ve producto. sed venio. venis. veni. ventū. to come. habet ve vbiqz correptū nili in ꝑterito ꝑfecto. Cur miser iste venit nili nummis feminina venit.

¶ Fio. fis factus. Imperatiuo caret. pro quo vtimur optatiuo. vt fiam. fias. fiat. fiamus. fiatis. fiant. Coniūctiuo preterito imperfecto. fierem. fieres. fieret. fieremus. fieritis. fierent. Infinitiuo presenti. fieri to be made/or to be done. In reliquis locis sequit quartā coniugationē. Sic declinat eius composita. Calefio. Tepifio. Arefio. frigefio. Plurimifio. Paruifio. floccifio. Nihilifio. Naucifio. Lebefio Madefio. Malefio. Benefio. Satisfio. Pinguefio. Stupefio. Perterrefio. Expergefio. Olefo vel olfio fortifio. que omnia passiue significant. eoꝝ actiua sunt facio. facis. feci. factū. Calefacio. calefacis. calefeci. calefactū. frigefacio ꝛc̄ que actiua a sua tertia coniugatione nihil discrepant. preterq̄ q̄ habent in imperatiuo fac sepius. q̄ face. vt fac tu. Calefac tu. sic quoqz dicimus. Dic tu. Dic tu potius q̄ Dice. Duce. ea tamen legimus multis in locis. sic in compositione. vt abduc.

¶De verbis defectiuis.hoc est de illis.q̃ in vlu nili certas habent voces.quas vero (quoad potero) oẽs demõstrabim⁹.ealqz alijs verbis exponem⁹.que nõ solũ eaꝝ significationẽ.verũ etiam modũ.tem⁹ pus.numerũ.cũ persona manifestabũt.

¶Memini.Noui.Cepi.Odi lunt voces preteriti p fecti.habentes significationẽ tam p̃teriti.q̃ presen⁹ tis temporis.voces nõ habent alias. nisi que a pre⁹ terito formant.preter memini.quod habet in impe ratiuo.Memento.mementote.

¶Forem. fores. foret. forent. Fore .i. essem. esses. esset. essent. futurum esse. sic Affore.m. et Comfo⁹ rem variantur.

¶Aulim. aulis. aulit. aulint .i. audeam. audeas. audeat. audeant.

¶Siem. sies. siet.sient .i. sim. sis. sit. sint.

¶Quelo. quelumus . quelere .i. oblecro . oblecra⁹ mus. oblecrare.

¶Explicit.explicunt .i. finit.finiunt.

¶Inquio vel inquã.inquis.inquit.inquiũt .i. dico dicis.dicit.dicunt. Inquisti. inquit .i. dixisti.dixit Inquã vel inquiã.inquies.inquiet.inquient .i. di⁹ cam.dices.dicet.dicent. Inque .i. dic. Inquiat .i. dicat. Inquiens .i. dicens.

¶Cedo .i. dic vel da. Cedite .i. dicite vel date.

¶Faro.faris faxit .i. facio.facis.facit vel faciã &c̃ faxunt .i. faciunt. Faxint .i. faciant.

¶Aio. ais. ait. aiunt .i. dico. dicis. dicit. vel dixit dicunt. Aiebam . aiebas . aiebat . aiebant .i. dice⁹

bam ꝛc. Ai .i. dic. Aiat . aiamus . aiant .i. dicat. dicamus. dicant.

¶Diunt.et perdiunt sunt idem.quod dent.

¶Duat.ouans .i. gaudet.gaudens.

¶Hec quinqꝫ verba impersonalia Dielcit.Lucelcit Noctelcit.Velperalcit.Aduelperalcit carent preterito perfecto. et omnibus ab eo formandis. in reliquis temporibus declinantꝰ. vt diximus in verbo.

¶Aue tu. auete vos. auetote tu.auetote vos . Sic Salue. et Vale.

¶De scansione carminis exametri.

Phillida amo ante alias.nam me discedere fleuit.
Phillida/mantali/alinam/medis/cedere/fleuit.
Iple locum.arie quo congressere palumbes.
Iplelo/caeri/equo/congel/serepa/lumbes.
Litora.multum ille et terris iactatus.et alto.
Litora/multil/letter/riliac/catulet/alto.
Nec tum adeo informis.nuper me in litore vidi.
Neclade/infor/milnu/permin/litore/vidi.
Rura quoqꝫ oblectant animos studiumqꝫ colendi.
Ruraquo/quoblec/tantani/mosstudi/umqꝫco/lēdi
Cur ego/si nequeo ignoroqꝫ poeta salutor.
Curego/sineque/igno/roquepo/etsala/lutor.
Sepe etiam audacem fugat hoc.terretqꝫ poetam.
Sepeti/auda/cemfugat/hoter/retqꝫpo/etam.
Scribendi recte sapere est et principium.et fons.
Scriben/direc/telape/restet/principi/etfons.

¶Plus de hoc genere carminis videatis superius in pagina .xl. et .xlix.

¶ De scansione carminis pentamentri.

¶ fallit enim multos forma sine arte decens.

¶ fallite/nimmul/tos/formali/nartede/cens.

¶ Aut lino/aut calamis premia perua sequi.

¶ Autli/nautcala/mis/premia/peruase/qui.

¶ Et pone ante oculos omnia damna tuos.

¶ Etpo/nantocu/los/omnia/damnatu/os.

¶ Quedã sic scandũt talia carmina.

¶ fallite/nummul/tosfor/malinar/tedecens.

Sic de reliquis. sed prior modus doctissimus magis placet. quanq̃ ea dicunt carmina pentamentra .i. sex pedes habentia.

¶ Hec media syllaba. quã nos solam posuimus. apud viros litteratiores perraro reperit breuis.

Sulpitii Uerulani oratoris prestantissimi opus grammatices insigne feliciter incipit.